Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Priuari cecum dicimus unum quodque habitum susceptibilium quando in quo natum est habere nullum habet. Quid sit priuatio hac aristoteles diffinitione eclusit. Neque enim quecumque non habent usum ceca dicunt. nec ut surdum est omne quod non sentit auditum. Hemo enim nec parietem cecum dixerit. nec surdum lapidem nec quecquid huiusmodi est. Sed ea sola priuari dicimus habitu quecumque aut habuerint habitum eoque caruerint. Aut habere potuerint et non habent. Parietem namque iecuro cecum non dicimus quod in eo naturaliter usus uenire non potuit. Paruos ut catulos quibus usus non est nondum satis digne aliquis cecos esse pnunciet. Co enim tempe nondum naturaliter usum habere possit. Si ut exhaustis diebus quibus hus oculi parefieri et lucem haurire naturaliter possent. non habeant usum. eos cecos esse manifestum est. Ar ut nec ostrea dicunt edentula quum naturaliter non habent dentes. Sed nec infantulos quibus adhuc nondum huiusmodi etas est ut habeant dentes uocamus edentulos. Sed si aut si quis antea habuit dentes amisserit. aut quia tempe habere naturaliter debet dentes non habet ut si quis puerque septimo anno omino nullos creauerit illos iure edentulos appellamus. Atque hoc est quod aut.

Edentulum enim dicimus non quia non habet dentes nec cecum quia non habet usum. sed quando stunqit habere non habet. Hoc est non omne quod non uidet cecum. nec quod dentes non habet edentulum nominamus. Plura enim sunt quae aut omino aut certo tempe naturaliter hec habere non possunt. Sed est illa priuatio quiens si habitum non habet quia naturaliter habere potest et eo tempore cum iam per naturam illi compos habitus esse possit. Vt si habens quis retinens que habitum illum cuiuby incursione casus amisserit. ut in pueris iam adultis si non habeant dentes. Nam quum homines sunt posse habere. Quod si habentes amiserunt edentuli dicunt. Si ut omino non creuerunt dentes quum iam pueris et adultis ut dentes [illegible] haberent naturaliter potiat euenire: idque casu aliquo ut [illegible] egritudine officiente non factum est eos edentulos et ha[illegible] n sic non [illegible] habitu dentium priuatos esse nominamus. [illegible] ta non [illegible]

Priuari ut habere habitum non est habitus et priuatio. Habitus enim est usus. priuatio cecitas. Habere autem usum non est usus. nec cecum esse cecitas. Priuatio enim quedam est cecitas. cecum esse priuari non priuatio.

Lib' Qas [illegible] nemo [illegible] claustri